

mini dei israel. A finibus terre laudes:  
 audiuimus gloriam iusti. Et dixi. Se-  
 cretum meum mihi: secretum meum mihi.  
 Gle mihi. Preuaricantes puaritati sunt:  
 et preuaricatione transgressorum preua-  
 ricati sunt. Formido et fouea et laqueus  
 super te: qui habitator es terre. Et erit qui  
 fugerit a facie formidinis cadet in foue-  
 am: et qui se explicauerit de fouea. tenebi-  
 tur laqueo: quia cataracte de excelsis a-  
 parte sunt: concutientur fundamenta ter-  
 re. Confractioe confringetur terra: con-  
 tritione conteretur terra. Commotione  
 commouebitur terra: agitatiōe agitabi-  
 tur terra sicut ebrius: et auferetur quasi ta-  
 bernaculum vnius noctis. Et grauabit  
 eam iniquitas sua: et corruet: et non adici-  
 et ut resurgat. Et erit in die illa. visitabit  
 dominus super militiam celi in excello:  
 et super reges terre qui sunt super terram.  
 Et congregabuntur in congregatiōe vni-  
 us factis in lacum: et claudentur ibi in car-  
 cere: et post multos dies visitabunt. Et  
 erubescet luna: et confundetur sol. cum re-  
 gnauerit dominus exercituum in mon-  
 te sion et in hierusalem: et in conspectu se-  
 num suorum fuerit glorificatus.

## XXV

**D**omine deus meus es tu. et ex-  
 altabo te: et confitebor nomini  
 tuo. quoniam fecisti mirabilia.  
 cogitationes antiquas fideles. amen.  
 Quia posuisti ciuitates in tumultu. et  
 urbem fortem in ruinam. domum alieno-  
 rum ut non sit ciuitas: et in sempiternum non  
 edificetur. Super hoc laudabit te popu-  
 lus fortis: ciuitas gentium robustarum  
 timebit te. Quia factus es fortitudo pau-  
 peri: fortitudo egeno in tribulatione sua  
 spes a turbine. umbraculum ab estu. Spi-  
 ritus enim robustorum. quasi turbo im-  
 pellens parietem. Sicut estus in siti. tu-  
 mulum alienorum humiliabis: et quasi  
 calore sub nube torrente propagines for-  
 tum marcescere facies. Et faciet dominus

exercituum omnibus populis in monte  
 hoc. conuiuium pinguium: conuiuium vin-  
 demie: conuiuium pinguium medulla-  
 torum: vindemie defecate. Et precipita-  
 bit in monte isto faciem vinculi colliga-  
 ti super omnes populos: et telam quam  
 orditus est super omnes nationes. Pre-  
 cipitabit mortem in sempiternum. Et au-  
 feret dominus deus lacrimam ab omni  
 facie: et opprobrium populi sui auferet de  
 vniuersa terra: quia dominus locus est.  
 Et dicent in die illa. Ecce deus noster iste:  
 expectabimus eum et saluabit nos. Iste  
 dominus: sustinuumus eum: et exultabi-  
 mus et letabimur in salutari eius: quia  
 requiescet manus domini in monte isto.  
 Et triturabitur moab sub eo. sicut ter-  
 tur palee in plastro. Et extendet manus  
 suas sub eo. sicut extendit natans ad na-  
 tandum: et humiliabit gloriam eius cum  
 allisione manuum eius. Et munimenta  
 sublimium murorum tuorum cōcidens  
 et humiliabuntur et detrahentur in terram  
 usque ad puluerem.

## XXVI

**I**n die illa cantabitur cantus  
 cum istud in terra iuda. Urbs  
 fortitudinis nostre sion sal-  
 uator. ponetur in ea murus et antemu-  
 rale. Asperite portas et ingredietur gens  
 iusta: custodiens veritatem. Uetus er-  
 roz abiit: seruabis pacem: pacem. quia  
 in te sperauimus. Sperastis in domino  
 in seculis eternis: in domino deo forti in  
 perpetuum. Quia incuruabit habitan-  
 tes in excello ciuitatem sublimem humi-  
 liabit. humiliabit eam usque ad terram:  
 detrahet eam usque ad puluerem. Con-  
 culcabit eam pes: pes pauperis gressus  
 egenorum. Semita iusti recta est: re-  
 ctus callis iusti ad ambulandum. Et  
 in semita iudiciorum tuorum domine  
 sustinuumus te: nomen tuum et memoriale  
 tuum in desiderio ante. Anima mea desit